UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Potentiana virgine. Cap[itulum]. xv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

nus pĳ pape conſecrari fecit. Nutritor nanqꝫ
pauperũ ⁊ ſuſceptor peregrinorũ ſumma ambi
tione fuit. Et poſt multa ſanctitatis opa lauda
bilia i pace quieuit. xiiij. kalē. iunij: vt dicit ado.

¶ De ſancta Potentiana
virgine. Cap. xv.

POtētiana vgo filia fuit bea-
ti pudentis et ſo-
ror praxedis nobiliſſima romanorꝫ.
Hec poſt mortē parētis vtriuſqꝫ om
nē facultatē ſuā cũ ſorore diuidēs:
ceperunt ambe ditiſſimũ patrimoniũ vendere:
⁊ pecunias pauperibus erogare: in eccleſia vo
quā pater illarũ conſtruxerat in loco vrbis: q̄ di
citur in vico patricij: quā prefatus pater earũ
pudēs in titulo beati paſtoris dedicauerat: cũ
conſilio Pij pape baptiſteriũ conſtruxerũt: cu-
piētes vt familia vtriuſqꝫ earũ die ſctō paſche
baptizaretur. Quos a numero. xcvi. manumiſ-
ſos beatus pius eps aquis ſalutaribus abluit.
Ibiqꝫ per ſanctos preſbyteros et clericos die
noctuqꝫ diuina celebrari myſteria: ⁊ multos ba
ptizari faciebant. Poſt multorũ itaqꝫ martyrũ
exhibitas venerabiliter ſepulturas: poſt oēs fa
cultates ſuas pauperũ viſceribus incluſas et
Chriſto fideliter cōmendatas: potētiana in ſan
cto virginitatis propoſito de terris ad Chriſtũ
migrauit decimoquarto kalen. iunij. Sepulta
iuxta patrem ſuum via ſalaria in cimiterio pri-
ſcille temporibus antonini imperatoris.

¶ De ſancto Johanne martyre. Cap. xvi.

IOhannes
martyr temporibꝰ
maximiani impera
toris apud alexan
driam paſſus eſt. Hic primum
vocatꝰ neanias gētilitate de-
ditꝰ a matre theodoſia gētile
primaria elie ciuitatis maxi-
miano ceſari antiochie degēti preſentatꝰ: ⁊ ab
eodem dux alexandrie effectus eſt: vt chriſtia-
nos ibidem perſequeretur. Cum autem nocte
quadam cum militibus ſuis verſus alexandriā
iter ageret: luce celeſti circunfuſus: chriſtoqꝫ
ſibi viſibiliter apparente ad inſtar beati pauli
apoſtoli ad terram proſternitur: in fide chriſtia
na admonetur: ⁊ ad dominum repente conuer-
titur: veniens igitur alexandriam crucem ſibi
ſecretius fabricari fecit: in qua diuinitꝰ nomē
domini emanuel ſculptum reperit. Et cum ex
ercitus agarenorum alexandrie fines inuaſiſ-
ſent: et alexandrinorum filias rapuiſſent: ipſe
collecta gente ſua crucem illam deferens aga-
renos pene innumerabiles in fugam vertit: et
eorũ multitudinem cecidit et ſtrauit: nullo de
ſuis vel ad modicũ vulnerato. Reuerſus aũt a
matre que ipſum alexandriam ſecuta fuerat:
inuitatur: vt dijs pro triumpho habito immola
ret. Qui templũ ingreſſus idola argentea con-
fregit: ⁊ pauperibus erogauit. De quo a theo-
doſia matre maximiano delatus eſt. Qui ab an
tiochia per litteras vltioni ꝓſidi mandauit: vt
neaniā tentũ immolare compelleret: aut diuer-
ſis ſupplicijs puniret. Vltio igit iohannē com-
prehēſum: ⁊ idolis ſacrificare abnuentē i equu
leo ſuſpendi fecit: ⁊ a q̄ttuordeci viris viciſſim
diutius lacerari: ſicqꝫ quaſi mortuũ in carcerẽ
trudi. Nocte vo a chriſto cũ angelis et luce ni-
mia ſibi apparēte confortat: plagis oībus ſanꝰ
reddit: nomenqꝫ ſuũ primũ quod erat neanias
iohānis nomine commutat: inde eductus ⁊ ſa-
crificare ſuaſus cũ templũ introiſſet triginta
ſex ſtatuas idolorũ vertit. Quapropter multi de
militibus in dño crediderũt: qui a ſancto leon-
tio epiſcopo baptizati: ab vltione ꝓſide in chri-
ſti confeſſione decollati ſunt. Johānes vo fer-
ro onuſtus iterum in cuſtodia detinet: vbi exi-
ſtens duodecim mulieres ad ſe veniētes cũ ma
tre theodoſia conuertit ad xp̄m. Quas vt chri-
ſtianas ꝓſes cōperuit ipas oēs equuleo ſuſpen
ſas ⁊ vnguibus laceratas ac lateribus aduſtas
carceri tradidit vna cũ theodoſia matre iohan-
nis: que ſanctas illas martyres in carcere refo
uebat. Ipſaſqꝫ omnes leōtius baptizauit. Se-
quenti vo die inde omnes cum theodoſia edu-
cte: pmo lapidibus ora earum contuſa ſunt: de-
inde extenſe ⁊ virgis ceſe: et poſt hec manicis
ferreis cādētibus aduſte ſunt: nouiſſime decol
late ſunt. ¶ Poſt hec autem ſanctus iohannes
eductus inſtrumētis ferreis facie conciſus cer
uice plumbatis ꝑcuſſus. Iterũ carceri mācipa
tur: vbi multa miracula fecit ⁊ demonia eiecit:
multoſqꝫ ad xp̄m conuertit. Interea defuncto
vltione a flauiano ſucceſſore eius gladio neca-
ri iubet. Sed dũ illũ ſpiculator ꝑcutere vellet
morit ſubito: ⁊ iohannes ad preſidē reducitur.
A quo iterũ appenſus neruis cedit: carbonibꝰ
incendit: plagiſqꝫ ſale ꝑfundit. Dehinc āte ipſũ
depoſitũ idolũ ſiſtitur: thuſqꝫ in manu eiꝰ impo
nitur: ⁊ ignis ſubtermittit: vt vel thurificaret
vel manũ exureret: qui cũ per duas horas ma-
num in igne immobiliter tenuiſſet. tertio intra
carcerē appendit lapidibus in pedibus alliga
tis. Sed ab angelo ſolutus et oīa eius vulnera
ſolidata ſunt. Deinde in caminũ ignis iniectus
flamma diſperſa miniſtris aduſtis: ipe illeſus
permāſit. Nouiſſime iubēte flauiano gladio in
gutture ꝑcuſſus: ⁊ lancea in pectore tranſfixus
martyriũ conſumauit. xiiij. kalēdas iunij. Se-
pultuſqꝫ eſt alexandrie circa annũ dñi ducente
ſimum ⁊ octuageſimũ quartũ. Corpus vo eius
inde conſtātinopolim tranſlatum. Inde a iohā
ne priore mōaſterij ſancti danielis de venetijs
ſurreptum: ⁊ venetias ad ipſum locum delatuꝫ
eſt anno domini milleſimo ducenteſimo ⁊ deci-
moquinto nonas iulij: vbi ⁊ quieſcit miraculis
crebris pollens.